BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift



desiderium artubusque fatiscentibus durat tamen
in colonis propositi uigor. nec sentit rugose
carnis infirma spe promptus. Nec mirum. Vt quid
non metuat uetani domicilii ruinas. qui fabricam
spiritale uidet in dies in sublime consurgere. proficere
in eternitate. Certus namque est si terrestris domus
ista dissoluitur quod edificationem habet ex deo non
manu factam eternam in celis. Sed dicit aliquis. Quid
si morte preuentus fuerit homo nec dum uidelicet spirituali
edificio consummato. Perfectus quippe non habet quo proficiat.
Et qui proficit eo ipso quo proficit perfectus non esse
conuincitur. Est quod securi de illo plena fide re
spondeamus. Consummatus in breui expleuit
tempora multa. Posset fortasse melius dicere.
uniuersa. Quomodo vel non expleuit omnia tempora qui tamen
sint ad eternitatem. Quanta sane tempora non longe
uitate sed longanimitate. hec est non annorum
serie. sed dierum numero. sed meritis deuotione.
et inextinguibili semper proficiendi desiderio
percurrere potuit. tanta sibi in meritis. non in
merito uendicauit. Retinet quippe uirtute.
quod amisit in tempore. Porro uera uirtus finem
nescit. tempore non clauditur. Vnde est illud. Cari
tas numquam excidet. Et item. Pacientia pau